

## Thes. VII.

**M**odulatio denique accedere debet  
conveniens, gravis, & sonora.

Ex J.

§. I. **A**ssentior enim, cum CICERONE, Platoni, qui  
dicit: *Nihil tam facile in animos teneros atque  
molles influit, quam varii canendi soni,  
quorum, dici vix potest, quanta sit vis in utramque partem.  
Namque & incitat languentes, & languefacit excitatos, & tum  
remittit animos, tum contrahit. (a) Quod ipsum e sacris  
quoque carminibus relucet. LUTHERI namque nostri  
judicio, hilff die Music, oder Noten, als eine wunderliche Crea-  
tur, und Gabe GOTTes, sehr wohl zur Andacht, sonderlich wo  
der Hauffe mit singet, und es sein ordentlich zugehet. (b) Et  
pius ille JOANNES MATTHESIVS: Die Texte, inquit,  
der H. Schrift sind zwar an sich selbst die allerlieblichste Music,  
die uns Trost und Leben in Todes-Nöthen giebt, und ein Hertz  
wahrhaftig erfreuen kann; Wenn aber eine süsse, und fröliche  
Weise darzu kömmt, (wie denn eine gute Melodie auch GOTTes  
schönes C. schöpff und Gabe ist) da bekömmet der Gesang eine  
neue Krafft, und geht tieffer zu Hertzzen. (c) Testis est  
AVGVSTINVS, qui ait: *Ipsis sanctis dictis religiosius &  
ardentius sentio moveri animos nostros in flemmam pietatis,  
cum ita cantantur, quam si non ita cantarentur, & omnes af-  
fectus Spiritus nostri pro suavi diversitate habere proprios mo-  
dos in voce atque cantu, quorum, nescio qua, occulta fami-  
liaritate excitentur. (d)**

C 2

§. II.

(a) Cic. L. II. de leg. c. 15. T. IV. OO. p. m. 444. (b) T. VIII. Jen.  
Germ. f. 140. (c) de Vita Lutheri Conc. XII. p. m. 146.  
(d) L. X. c. 33. Confess.